

advocatus de Odelberghe et ego Gontrammus notarius. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M. cē. xxxi.

(S.)

456.

5 *Landgraf Heinrich genehmigt, daß sein Ministeriale Dietrich von Winchille drei Hufen Landes, mit zugehöriger Hofstatt in Kirchengel für 28 Mark dem Kloster Ilfeld verkaufe.* 1231.

*Geir.: Leuckfeld, Antiquitates Ilfeldenses 99.*

Henricus dei gratia Thuringie lantgravius et Saxonie comes palatinus omnibus, ad quos scriptum hoc pervenerit, salutem. Ad malorum hominum versucias cavendas, 10 qui tam temere solent et bonorum insidiari quieti, ut ipsorum pacem disturbent, maxime claustralium mansuetudini tanquam latrones insidiantes, ut res ipsorum arripiant et sibi vendicent ad possidendum, litterarum instrumenta reperta contra retrum possessiones sint contracta, contra machinamenta maligna supra dictorum futurorum intellectu huius rei gratia scire volumus omnes, ad quos presens scriptum devenerit ad legendum, quod 15 Theodoricus de Winchille unus de ministerialibus nostris, habens iii mansos et unam arcam situs in Kureggelde venales, Walthero preposito de Ilvelt et fratribus suis pro viginti et viii marcis de nostra licentia et consensu vendidit. Huius rei testes sunt: Conradus et Fridericus fratres et nobiles de Tannenrode. Bertholdus dapifer de Slotheim. Emerhardus de Scidingen. Arnoldus de Muchele. Theodoricus de Subach. Ludevicus 20 de Husen et alii quam plures. Acta sunt hec anno domini millesimo ccxxxi. Ut autem hec emcio rata et indefessa semper maneat, sigilli nostri impressione eam fecimus roborari.

457.

*Graf Heinrich von Nassau schenkt dem Deutschen Orden das Patronatsrecht der Kirche zu Herborn, welches er vom Landgrafen von Thüringen, dieser aber vom König Heinrich zu Lehn 25 trug. Vergl. No. 438.* 1231.

*Gebr.: Wyß, Hess. Urkundenb. 1,18 (aus Gudenus, Codex dipl. 3,1098).*

Henricus dei gratia comes de Nassauwen universis Christi fidelibus salutem in omnium salutari. Notum esse volumus et apertum, quod ecclesiam Herberen, cuius ius patronatus habuimus rationabiliter a Thuringensi lantgravio, quam et idem lantgravius 30 cum iure . . patronatus a domino Henrico illustri Romanorum rege habuisse dinoscitur in feodo, ipsi lantgravio ea resignavimus conditione, ut ipsa ecclesia dicto domino regi ab eodem lantgravio resignata domui Theutonice hospitalis gloriose virginis Marie Ierosolimitani a domino rege in elemosinam libere conferretur. Quia igitur ad honorem dei omnipotentis et sue genitricis gloriose tam per dominum regem quam per lantgravium